



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

Avtor Ad Lectorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)





## AVTOR AD LECTOREM.

**E**N tibi, CHRISTIANE LECTOR, aliquam laboram ac lucubrationum nostrarum partem: permulta enim alia ingenij nostri monumenta reperies ex iis, quæ à tringinta ferè annis, tum in nostro Conimbricensi collegio publicè Aristotelem interpretantes tradidimus, tum etiam sacram D. Thomæ summam in Eborensi Academia prælegentes auditoribus nostris dictauimus. Vbi à mense Nouembri anni milleimi quingentesimi septuagesimi, vsque ad pridie Kalendas Augusti, anni septuagesimi tertij, hæc in primam partem Commentariæ ad Dei immortalis gloriam absoluimus. Quæ si tibi haud iniucunda fuisse perspexerimus, illud profectò hac tui erga nos animi significatione efficies, vt, cum ea, quæ de iustitia iam omnino perfecta & parata sunt nobis, typis mandemus: tum etiam vt multa alia, quæ iam paramus, licet plurimis difficultatibus impediti, tandem perficiamus. Primum igitur huius argumenti tomum, quàm breuissimè expecta, reliquos verò duos, aut tres (in tot enim vniuersam de iustitia rem sex tractatibus conclusam distribuimus) si per valetudinem licuerit, breui absoluere properamus. Interim, amice Lector, te rogo, vt si quid in nostris libris reprehensione dignum iudicaueris, benignè atque humanè corrigas: si quid verò, quod laudem promereatur aliquam, id vni Deo, bonorum omnium auctori, acceptum referas. Vale.